



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt LXXXII. Divi Petri Torholtanvm seu Torhautanum Collegium in  
Flandria, in d. Brugensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**



DIVI PETRI TORHOLTANVM  
*seu Torhautanum Collegium in Flandria, in  
 d. Brugensi.*

**T**orholtum siue Torhoutum antiquis-  
 simum est Flandriæ opidum, seu muni-  
 cipium Emporij olim fama celeberrimum,  
 quarto lapide à Brugis Flandorum situm. Fuit  
 hoc in opido insigne atque opulentum olim  
 Benedictinorum monasterium ; ex quo  
 Dominium seu Domlinum religiosissimum  
 Presbyterum circa annum 630. Gandauum  
 ad Sæctum Bauonem paullò ante obitum ve-  
 nisse lego. Huius monasterij prouentus *Ludo-*  
*micus Pius* Imp. S. Anchario Bremensi & Ham-  
 burgenfi Episcopo attribuit, vt ijs sese cleri-  
 cosque suos in Aquilonarium populorum cõ-  
 uersione laborantes aleret. Ad quod mona-  
 sterium, persecutione sæuiente, nonnunquam  
 commeans, eo in loco S. Rembertum, adhuc  
 puerum inuenit, quem ob optimam indolem  
 in dicto monasterio instituendum curauit; in-  
 stitutum vitæ reliquæ indiuiduum comitè ha-  
 buit, atque in Episcopatu Bremensi successo-  
 rem.

Hodie Torholtum nullum superest mona-  
 sterij vestigium; vtpote quod à Normannis  
 iam olim constat excisum. Est autem Tor-  
 holti nunc insigne Canonorum, in D. Petri  
 Basilica



Basilica, collegium à Roberto Frisio Flandriæ Comite anno 1073. institutum. vt Meijerus & Marchantius testantur.

## CAPUT LXXIII.

BURGENSE COLLEGIUM METROPOLITANUM in Hispania.

**B**URGI vulgò *Burgos* vrbs est Archiepiscopalis Hispaniæ, caput regni Castellæ veteris. huius Episcopatus ac collegij ista fuerunt initia ac processus. Auscensis sedes Episcopalis anno 1074. ad opidum *Gamonal* translata est. Anno 1075. Alphonfus VI. Hispaniarum Rex, Ferdinãdi magni filius, vrbe Burgensi iam ædificata, ad eius ampliatiõnem Auscensem Ecclesiam inde Burgos transtulit, Urbano II. Pontifice confirmante, qui eam ipsam ab omni iure Metropolitano exemit, cū antea Tarraconensi Archiepiscopo subdita, fuisset, & Romanæ sedi immediatè subiecit. Philippo II. Rege demum flagitante, Archiepiscopali hæc sedes dignitate aucta est à Gregorio XIII. attributis illi Suffraganeis duobus, Pompelonensi & Calagurritano. Sic G. Loaisa in notis ad concilium Lucense. Sed exactis illius Ecclesiæ ad urbem missis accepimus Burgensi Archiepiscopo tres esse suffragandos, Pompelonensem Calagurritanum, & Palentinum. In Diœcesi porrò Burgensi sunt tredecim Ecclesiæ collegiatæ Canoniorum;  
in Me-